



**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

In Mortificationibus, præsertim exterioribus, mensuram & regulam esse
tenendam; & quænam illa sit. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

In Mortificationibus, præsertim exterioribus,
mensuram & regulam esse tenendam;
quanquam illa sit.

VT melius intelligatur modus, qui in
hoc præclaro Mortificationis exer-
cizio tenendus est; notare oportet, ad
omnes actus humanos, vt virtutis nomi-
ne censeantur, certam aliquam regulam &
normam requiri, qua dirigantur, ne suam
excedant mediocritatem. *Virtus enim, in-*
quit, S. Bonaventura, *medium vitiorum te-*
net, & ab vtroque latere, vitij est obsessa, ita
vt si modicè à discretionis iramite declinaue-
rit, iam virtus non sit. Atque ita, si exerci-
tium hoc Mortificationis, virtuti consen-
taneum & rectum esse velimus, lege ali-
qua aut mensura id metiri debemus, ne ad
extrema declinet; Exempli causa, si in
mortificatione itæ, neglecto modo, ni-
mium progrediamur, ita vt in actibus suis
fiat remissa & languida; vel si sit tam exi-
guum itæ comprimendæ studium, vt vi-
uacior & ardentior remaneat, quam par
sit: huiusmodi mortificatio, primo qui-
dem casu, excessiui; altero autem, defectui
connoxia est. Quod item in Mortificatione
exte-

S. Bona.
li. de præ-
cessu Re-
ligionis
cap. 35.

22 DE MORTIFICAT.

externa corporis, facile accidere potest, ut declinetur ad extrema, si nimirum afflictionibus & asperitate corpus nimium debilitetur; aut è contra, si sub præterito aliquo, corpori mortificando tam parum insistamus, ut inde contra nos rebellionis & contumaciæ occasionem sumat.

Itaque tam in Mortificatione appetituum corporis, quam passionum animi, debita mensura tenenda, & modus observandus est. Quia verò: *Nemo inquam, ut scriptura testatur, carnem suam odit habuit, sed fovet & nutrit illam*, propter affectum naturalem, quem erga carnem nostram gerimus; idè longè facilius erratur in mortificatione appetituum corporis, quam in affectuum animi: Quò circa necessarium est, ut in hac parte tanto cautius & vigilantius nos geramus, quanto maius periculum subest. Quæ de causa Beatus Climachus, ostendere volens perplexitatem, quam incurrebat, cum amore virtutis cogereetur odisse in se ipso hominem carnalem, amore eorum sensus obligaretur ad eundem nutriendum & fovendam; ita dicit: *Quomodo illum vinciam, quem ut amem, à me suscepi? Quid illi rationale dicam, qui per*

apbes. 5.

Climach. de castit. Grad. 15.

DE MORTIFICAT. 23

si per naturam mille rationibus ac persuasibus mentitur, estque mihi cooperator et hostis; adiutor atque aduersarius; auxiliator simul et insidiator; si foueatur, oppugnat: si affligatur, debilior fit; lasciuat per quietem; rursus verbera et flagellum sustinet: Si illum contristo, periclitior, si foueam, per quem virtutes adquiram non habeo.

Hinc demon, tanquam miles astutissimus, solet quandoque hominem sub pretextu zeli, ad nimias & extraordinarias mortificationes inducere; atque hoc ideo, ut eum postea ordinatio & durabili fructu priuet, quem ex seruitio Dei, communi via & more viuendo, percepisset, si que hæc de causa, ut sub pretextu maioris boni, incurramus malum incurabile; quod dicitur prorsus Cassianus his verbis demonstrat; Nosse debetis, hanc esse subtilissimam diaboli calliditatem, hanc occultissimam suam, in quam miserabiles et incautos quosdam precipitat, ut dum ijs maior a promittit, necessaria quotidiani fructus emolumenta surripiat. Itaque cum hæc mortificatio exterior ex vna parte necessaria sit, ex altera vero parte, actu ipso eam exercere sine periculo excessus, valde difficile videatur, non ob diuersitatem complexionum, quæ

Cassian.
Collat.
24. cap.

quàm ob illusiones dæmonum, quæ hæc
ca hanc materiam frequenter contin-
gunt, existimo Religiosi esse suo iudi-
cio in hac re non nimium fidere, sed lo-
se spiritualis patris prudenti subijcere
directioni, quò in via Dei tutius dirig-
tur, sibi que persuadeat, se nisi hoc fa-
ciat, magnis periculis exponi, in quæ
multi incurrerunt, vt & Climachus ali-

Climach. firmat: Sicut qui sine duce est, inquit, et
de discre. iam si prudentissimus sit, in via errabit.
Grad. 36. dus incedit; ita & qui suo arbitrio in via
Domini pergit, etiam si in omni munda-
na sapientia fuerit instructus, facillime pe-
rit.

Verùm posita prædicta ratione, tri-
in hac materia maximè notanda ve-
niunt: Primum est, vt religiosi firmi-
ter apud se statuunt, Deum ac Domi-
num nostrum, tanquam verissimum
amatorem eorum, qui fideliter illi se-
uiunt, nunquam permissurum, vt de-
cipiantur, quando se illi, in persona
prudentis patris spiritualis, cum omni
confidentia submittant. Neque enim est

Climach. iniustus Deus, ait Climachus, vt anima
de discre. nostras decipiat, quæ se per fidem & innocen-
Grad. 26. tiam proximi consilio atque iudicio humiliter
submiserint.

Alte

DE MORTIFICAT. 25

Alterum est, ut prædicto patri internum
 omni statum, tentationesque ac spiritua-
 necessitates, promptè, plenè, magna que
 fiducia ac puritate aperiant, ut ipse
 quomodum maiori luce ea possit docu-
 menta ac monita spiritualia suppeditare,
 quæ in Domino magis oportuna iudica-
 verit. Hanc manifestandi rationem, ad
 viros in spirituali via tollendos; sancti
 tui semper tanti fecerunt, ut quamlibet
 cogitationem, quæ sub verecundiæ seu ti-
 moris alicuius velo subrepat, gravissimæ
 reparationis loco duxerint: Afirmat hoc
 D. Basilus pluribus locis; idque B. Doro-
 theus expertum se esse fatetur, notabili
 plane cum fructu, dum in monasterio cū
 alio habitaret. Denique in hoc, veluti in re
 magni momenti, Religiosi Scithi ab ini-
 tio sue conversionis instituti erant, de qui-
 bus Cassianus hunc in modum: *Instituun-*
ter, inquit, nullas penitus cogitationes pruri-
tes in corde perniciose confusione calare, sed
confestim ut exorta fuerint, eas suo patefacere
seniori, nec super earum iudicio quidquam suæ
discretionis committere, sed illud credere ma-
lum esse, vel bonum, quod discussit ac pronun-
ciaverit senioris examen.
 Tertium documentum est, ut religiosi
 fideles & diligentes observatores co-
 rum quæ ipsi à prædicto patre prudente

Dorothe.
serm. 5.

Cass. lib.
4 cap. 9.

B

1111.11

iniunguntur. Quemadmodum enim phar-
 maca à medicis præscripta, quantumvis o-
 ptima, ægros nõ iuuant, nisi sumantur; ita
 consilia & documenta patrum spirituali-
 nisi debito tempore executioni manda-
 tur, nihil profunt; licet longè sint sanctissi-
 ma atque utilissima: imò hac ipsa de cau-
 sa maiorem pœnam incurremus in altera
 vita; iuxta illud Christi: *Seruus, qui cognouit*
voluntatẽ Domini sui, & non se preparauit, &
*nõ fecit secundũ voluntatẽ eius, vapulabit mor-
 tis.* Necesse ergo est, vt religiosi, qui ma-
 re cũ securitate & merito in diuino serui-
 tio progredi, & ab his omnibus damnationibus
 quæ ex cõtraria viuendi ratione cõmuni-
 ter sequuntur, immunes esse volũt, se iuxta
 arbitrium prudentis sui patris spiritualis
 regi permittant, & prædicta documenta
 diligenter obseruent.

ENS. 2.

CAPVT IV.

*De necessitate Mortificationis, quæ cuiuslibet
 homini in suo statu incumbit.*

Q Vinque modis hominem quemlibet
 considerare possumus, iuxta quos-
 que diuersos status & gradus, qui in
 ipso reperiuntur, Primus modus conside-
 randi est secundum esse rationale & huma-
 num, quod ipso sue originis principio homini
 à natura accepit, Alter, secundum esse mor-
 tale, quod ipso sue originis principio homini
 à natura accepit, Tertius, secundum esse
 civile, quod ipso sue originis principio homini
 à natura accepit, Quartus, secundum esse
 sociale, quod ipso sue originis principio homini
 à natura accepit, Quintus, secundum esse
 spirituale, quod ipso sue originis principio homini
 à natura accepit.